



rie

27

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side, appearing as a horizontal line of dark ink with some illegible characters.

Small handwritten mark or characters at the bottom right corner of the page.

LEO

Nascente in terris LEONE de Tribu JUDA

tilitio ZAREMBARVM Muro

Sub sepulchrale saxum

DETRUSUS.

Ac

24437

Inter Justa Parentalia

BIBLIOTEKA
SEMINARIUM
SANDOMIERSKIE

PERILLVSTRIS OLIM & REVERENDISSIMI DOMINI

D. IOANNIS ZAREMBA

MANKOWSKI

CANONICI CATHEDRALIS POSNANIENSIS,

&
PERAVGVSTI CAPITVLI PATRIS

PRÆPOSITI Bucoviensis,

LVGENTE LVBRANCIANI COLLEGII MVSA

Interprete doloris.

M. SEBASTIANO TORTOWSKI Philosophiæ Doctore.
in eodem Collegio Grammatices Professore.


DEPLORATUS.

Anno Dñi 1701. Die 30. Decembris.

Typis Academiae Posnaniensis.

IN S T E M M A

PERILLVSTRIS olim & REVERENDISSIMI DOMINI.



Lethifex, excivit mors fortem in bella Leonem
Pugnature inquit mania linque Leo
Exsiliit funesta fremens pedibusq; iubisq;
Currit & audacem corripit ungue Deam
Illa etiam fulvos amplexa est ossibus artus
Implicuitq; feris pallida membra iubis.
Luctantur, ferventq; mina stringuntur & ungues,
Sed frustra: vicit ferrea Parca feram
Et cum magnanimi prostrasset membra Leonis
Inscripsit Muris Magne ZAREMBA Tuis
Vici ego robustum ista sub mole Leonem
Patria prostrati Mania, membra tegant.

Ponit, & infusa n̄ sublimat lumine Biligram.
 Sæpe Palatinas illi tenuere Curules
 Consilio vultuq; Patres eor̄ prisca Polonis
 Secula captivis fluxerunt clara trophæis,
 Cur rerum momenta suis sunt ducta lupatis,
 Nec rectum iustumq; Indis caput intulit imis:
 Illa ZAREMBARVM Trabeis ornata potestas
 Sarmatiz pensabat opus vel rexit habenas
 Vel gladijs Clavisq; feros properabat in hostes.
 Sic LEONINIS fulget dotata figuris
 Hoc animo portat fulvi quod dura LEONIS
 Ira tenet: Sacris etiam micuere Tiaris
 Infulaq; in ternos ivit gemmata ZAREMBAS
 Posna vnum, binos & Vratislavia dicit
 Emeritum tenuisse Pedum, numerare quis audeat
 Tam summum per verba Genus, me sæva doloris
 Vis pulsat, manant ignoti & lumine fletus
 Nec sum sueta loqui. Tanta de Gente IOANNES
 Et Genus & virtutes & in limina traxit,
 Prætulit in vultu, magnos factisq; ZAREMBAS
 Equivolvit voluit pulchro nec sanguine tantum
 Centari, virtute Atavum, Proavumq; virili
 Exemplo confecit iter Naturâ LEONIS
 Sic licet impressos subito confundere gressus.
 Hic non more sui abscondit vestigia signi
 Virtutes gressusq; scidit, quos grande Nepotum
 Caleare premeretq; Genus, vestigia frigent
 Non etiam crebro exemplis firmata canendis.
 Percurrunt Trabeas summiq; & culmen honoris
 Prostat ovans Magnis semper virtute ZAREMBIS.
 Adiecit este dignis Maioribus iste
 Non Iesus virtutis opus, per culmina rerum
 Ivit, & eximias diduxit in augmina dotes
 Nam postquam rerum studiis mens firma, Deorum
 In partem virtutis opes sacrauerat, altus
 Se decor & nudi strauerunt limine fastus
 Devotam promissa fidem, modo carbasa sponsæ
 Sortis adhilanti velox committeret auræ
 Mox indefesse prægrandis Fascia curæ
 Constrinxit niveo robustius orbe IOANNEM
 Utq; LEO patris tantum non degeret antris
 Ad Petram patefecit iter, sacratior iras
 Deposuit, fura q; iubas instraverat Aris
 Teq; TOLBOVI veneratus pectore toto
 Clara Cathedralis concendit limina Templi
 Et gavisus honor, pronisq; & Varta fluentis
 Se voluit factusq; novos deuexit in Odram.

Hic sunt consiliis laxata & pectora curis
 Hic patuit sublustre Caput: vox alta IOANNIS
 Non semel attonitas rerum submitit in aures
 Pandera, magnanimosq; dedit de pectore sensus,
 Ille lepor gravitasq; oris dulcedo loquendi
 Sæpe catenatos tenuit palmaris amores.
 Quisq; piæ tenero movit sub corde procellas
 Et voluit niveos niuea sub mente vigores,
 Hunc quatuor Mitræ totidemq; elata Pedorum
 Maiestas placido tenuit complexa favore.
 Gemmea subnixi constrinxit membra LEONIS
 Fascia sublimemq; dedit conscendere Petram.
 Nec dignos tanta sopivit dote labores
 Affectus, graciles aluit sed pectore curas
 Sæpe serenatis felix WIERZBOVIVS Alis.
 Sidera WITWIGIAS circum radiata per Aulas
 Cognatam lucem socio tribuere LEONI.
 Quæ fortunatis Volueris supereminet alis.
 Et volat in roseas magna virtute Curules.
 Cui submissus honor supplex & Purpura captum
 Sternit iter gravidolq; comit Posnania census.
 Intulit ô quantos Muris sublimis amores
 Et Consaaguineas promptit de pectore cultus
 Nunc dolet exanimis fulgentis membra LEONIS
 Præsulei cordis tenero SWIEGICIVS alto.
 Par etiam sociis recubas sub cordibus, alius
 Mæror, sacratumq; premit Senatum,
 Quod Patrem timidi vexet fors impia fati,
 Quem stringebat amor, gravius quem candida virtus
 Fovit, & illimes dotabant murice sensus.
 Nunc etiam sublime vehit per sidera curru
 Iusta Themis, cuius Regni Civile Tribunal
 IUDEX, vndantesq; obit virtute stateras:
 Qui labor emeriti confodit viscera Patris.
 Nec satis insolitæ mirari dotis amores
 Hunc pietas medio penitus sub pectore fovit.
 Enq; suas testatur opes en mista dolori
 Errat & in lacrymis flamma maiore calefcit;
 Hanc aluit Virgo teneris dilecta medullis
 In proprio cuius stupuit Miracula Templo.
 Lassi plura tacent animi, maiora peregit,
 Quam cecini. Hicq; cadat nostris proba victima curis:
 Dixit & officens strinxere in vulnera ferrum.
 Ah cecidit subtriste gemens vis nota LEONIS!
 Ah cecidit spoliata iugo! nunc man oris umbras
 Intrat, & agnatum conspergit pulvere robur,
 Sic fatis confossus abit. Vos Nomina flores

Spargite, Vos tumuli præcingite funera Taxis.
Tuq; Tuo contring: sinu, Tu viscera PRÆSVL
Pande, TUÆ mentis posuit modera mina, curæ
Extremâ fati iussa conspersus arenâ.
WIERZBOVLLIS cineres poscit comlectere Pennis,
Æternumq; Tuis foveas affectibus. Et Te
In similes præten ac opes, & viscera Nomen
ZVKOMIÆ sublime Domus, ostentat, ut atris
Fessus agris: memori semper Te lasset amore.
Qui Consanguineos tantum sub pectore ductus
Fertis & æterni dorant Vos sanguinis ignes,
Eama Viri Vos magna feret, Vos Nominiis huius
Heredes, vultum Geris inferte Paternis.
Vnde sui dotes videant sub fronte Nepotes
Et tantum meditentur iter. Tu Magne ZVKOMI
Insula quem cinctu roseo Lendensis inumbrat
Nè ferrem, fati doleas Hanc fama superstes
Portat & in niveis inscribit Nomina pennis.
GRABSCIADV M prægrande decus quo Iudice Natio
Fert gladium, quo recta fides, quo candida virtus
In terras rediit, grata Tu mente nepotis
Volve Patrem, condasq; imo sub pectore tanti
Nominiis emeritas Vestro pro lumine curas,
PRZECEAVIS etiam quorum proba dextra Tribunus
RVSSIADV M sub Parte poli moderatur habenas)
Mors fera dilectum rapuit de gente IOANNEM.
Sed conservet amor cordis pietatq; sub imo
Condant, cum PATRIS claudunt pia marmora Manes
WILKOWSCIS etiam Musarum appendo dolorē
Quorum Podolios virtus prætentat honores
Si qui propenso fletus de corde LEONEM
Plangunt, in cineres pietas transfusa Polorum
Pulset iter, Patremq; citis superinserat astris.
Sed quid tendo chelym, mæstis quid luctibus ora
Laxo? iam tempus componere vela dolori.
Nomina parcetis, Vestrum numerare decores
Mens fletu confusa vetat, fat dicere sum nam
Delatec Fortuna Domum, Magnumq; JOANNEM
Et Patrem cordis memori servetis in alto.
Sicq; LEO VESTER mortis DETAVSVS in umbram
Percurret Cælos terræ statione relicta.

INSCRI.

INSCRIPTIO SAXI SEPULCHRALIS

D. O. M.

V I A T O R

A Facie reflecte oculum in animum

Ut totum noscus quem aspicias

Perillustris olim & Reverendissimus D. IOANNES

ZAREMBA MANKOWSKI

Canonicus Posnaniensis Praeaugusti CAPITULI PATER

Præpositus Bucoviensis

Hac sub umbra, è mortalitatis nocte

eminet.

ZAREMBIS Originem, MANKOWSCIS Nomen

sibi virtutem debet.

In Cathedra Canonicus & Pater

ubiq; Magnus IOANNES

Ascendit virtutibus quò Nomina prælusere.

Quatuor Illustrissimorum Præsulum emeruit amores

TOLIBOVII, WIERZBOVII, WITWICCH, SWIECICII,

Episcoporum Posnaniensium

unde metire annos & affectus.

Sub primo honores accepit, sub ultimo vitam deposuit

Sub Omnibus virtutem coluit.

Extremò.

DEPUTATUS ad Regni Tribunal IVDIX

Iudicis supremi Forum, reus humanitatis petiit.


Præcessit Nativitatem CHRISTI, IOANNIS officio.

Ivit ad sepulchrum, mortalitatis lege.

Anno Dni. 1701. Die 24. Iobris Ætatis 75.

Abi similium Scana.







...
Martyr
...ment
...m
...gRiC